



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imago saeculi XVII. ad annum huius saeculi X. producta

Neuhusii Paderbornae, 1710

Annus 1669.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29436

Parisiis Mareschallus Turrenius publicè abjurato Calvinismo Romanam fideim professus fuit.

ANNUS 1669.

Cessit hoc anno Barbaris famosa illa Candia. Culpa deditiois rejecta potissimum in Gallos, qui inopinato suo discessu urbem, dum maximè laborabat, destituerunt, postquam priùs per inconsultam & omnino temerariam eruptionem florem militiae ferro Turcico mactandum objec- riant. Obsidio triennalis absumpsi Christia- norum 29000. Turcarum verò 70000. præ- ter rusticorum & captivorum 38000. qui in suffodiendis cuniculis, & excitandis sugge- stibus operam præstare erant coacti.

Fastis Sanctorum adscripti à Clemente Pontifice Petrus de Alcantarâ Ordinis Fran- ciscani, & Magdalena de Pazzis Monialis Catmelitana; securus paulò post obitus Pontificis, confecti, ut creditum, dolore amissæ Cretæ.

Recruduere tumultus in Hispania conci- tatore potissimum Joanne Austriaco; pe- titus præcipue Nithardus Reginæ Confes- sarius, quod, plusquam vellent Hispani, ad- moveretur negotiis regni, unde, ut invidiā decli-

declinaret vir prudens, primùm aulam, tum etiam ipsum regnum reliquit. Joanni Austriaco delata administratio regni Arragonæ.

Mons Æthna renovavit antiquos Siciliæ terrores mense Martio, dum in plures voragine apertus circumquaque ignes, saxa, & cimeres evomeret, aliquot vicinis pagis repetitis terræ concussionibus, aut quassatis, aut attritis,

A N N U S 1670.

Post mensium quinque consultationes collocatur in sede Petri pene coactus suffragantium votis & precibus Æmilius Altierius qui se dixit Clementem X.

Detecta hoc anno conjuratio periculosisima, quam cuderant nonnulli Magnates Hungarii adversus Leopoldum Cæsarem eumque Regem Hungariæ. Conspiratio-
nis primipili Petrus Zrinius, Franciscus Frangipanius, Franciscus Nadastius Comi-
tes cum Erasmo Comite Tattenbachio Sty-
rio in vincula conjecti, urbes & arces, quæ
rebellibus secretò vel favebant, vel favere
meditabantur, terrore & armis aut cohibi-
tæ, aut ad officium reductæ; Ungaria tota,
quam antea quasi precariò administrabat
Leopoldus, in secessu milite Germano,